



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCLXXIX. De Vastatione terrae Lubowiae & morte XV.
Lethovvinorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Sigefridus de Feuchtwangen XII. Mag. Gen. Ord. Teut.
Conradus Sak XVI. Magister Provinc. in Prussia.*

dium magnum, quod fecit in ædificiis, paucos homines cepit & occidit, & fixis tentoriis ibi pernoctavit. Tandem cum transfret cum Exercitu glaciem per stagnum Curoniense, miranda res ibi apparuit. Tantæ teneritudinis fuit glacies, quod elevabatur & deprimebatur, sicut aqua in tempestate vento validè agitata vadit in altum & in bassum. Unde populus nunc ascendit glaciem, quasi montem; postea descendit, ut in valem; ita tamen quod nullus homo ibi submersus fuit Domino protegente.

libertatus, Romam ducitur, & in sede S. Petri locatus post modicum spaciū temporis expiravit.

men Clemens Papa V. postea revocavit.

Eodem anno inter Gallicos & Flandrenses magna strages facta fuit, & ex utraque parte plurimi ceciderunt.

Eodem anno in principio mensis septembris apud Anaginam in loco scilicet. natiuitatis sue Papa Bonifacius capitur, totusque thesaurus Ecclesie dissipatur. Sed tandem per Cives dictæ Civitatis

CAP. CCLXXIX.

De

Vastatione terræ Luboviciæ & morte XV. Lethovviorum.

Eodem anno quinquaginta viri de Lethovia latrunculi intraverunt terram Luboviciæ, qui præmiserunt virum unum scientem linguam polonicam, ut statum terræ diligentius exploraret, & dum reversus diceret, quod nullus de adventu ipsorum aliquid sciret, deprædaverunt multas villas, captis & occisis pluribus Christianis. Dum autem recederent, diviserunt se in duas turmas, ad quarum unam fratres de Christburg venientes, interfecerunt XV. Lethovvianos

Anno Domini MCCCIII. Benedictus Papa XI. de ordine fratrum Predicatorum & Albertus Rex Romanorum regnant.

vvinos

*Sigefridus de Feuchtwangen XII. Mag. Gen. Ord. Teut.
Conradus Sack XVI. Magister Prov. in Prussia.*

vvinos, & L. homines Christianos de ipsorum manibus eruc-
runt. Reliqua turba infidelium evasit.

CAP. CCLXXX.

De

Terræ motu in terra Pruschiæ.

HOc etiam anno VI. Idus Augusti hora quasi tertia fuit (a)
terræ motus per totam Pruschiam. Tribus vicibus quatic-
batur terra cum ædificiis, quod vix aliquis à casu se poterat con-
tinere. Quid autem iste terræ motus innaturalis significaverit
in sequentibus apparebit.

ANIMADVERSIO.

(a) Nunquam aliàs terræ motus in Prussia observatus esse legitur.

CAP. CCLXXXI.

De

Adventu peregrinorum.

Anno Domini MCCCIV. pe-
regrini de Alemannia inspi-
rante Domino incœperunt ter-
ram Pruschiæ iterum visitare. Et
venerunt Nobiles viri, Dominus
Wernerus Comes de Homberg,
Adolphus de Wintmel cum fra-
tre suo, & Theodoricus de Elner milites cum fratre suo Arnol-
do, & plures alii Nobiles de Rheno.

*Anno Domini MCCCIV. circa
nativitatem ejus tanta fuit aqua-
rum inundantia, quod homines
putabant se diluvio perituros.
Ambo pontes Parisiis corruerunt,
sic quod nullum ipsorum vestigi-
um remaneret, & plura in aliis
Provinciis damna fecit.*

Yy 2

CAP.